



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

- I. Der Bischof Heinrich tritt dem Domcapitel zu Brandenburg Hebungen im Lande Löwenberg ab zu Seelenmessen für seine beiden Nachfolger, am 26. Oct. 1269.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

später. Dagegen verpfändete der Bischof Dieterich im Jahre 1374 seine Schlösser oder Häuser Löwenberg und Teschendorf mit dem ganzen Lande Löwenberg an Albern von Nedern auf 6 Jahre für 300 Mark Silber. Die Bede hatte der Bischof schon früher hiervon getrennt an Hans von Badingen verfest. Die Familie von Nedern blieb jedoch nicht in diesem Besitze, sondern die Bischöfe nahmen die noch unverliehenen Hebungen und Güter des Landes Löwenberg wieder unmittelbar an sich. Im Jahre 1460 verkaufte diese von Neuem der Bischof Dieterich von Brandenburg und zwar für 4000 Rheinische Gulden an Hans von Bredow zu Friesack nicht als bloßes Pfand, sondern als erbliches Lehen. Die bedeutende Kaufsumme hat wahrscheinlich der Bau des bischöflichen Palastes gekostet, welchen der Prälat grade um jene Zeit zu Brandenburg auführen ließ. Darnach gehörte nun den Bischöfen nichts mehr unmittelbar im Lande Löwenberg an.

Schließlich mag noch auf das eigenthümliche Andenken an den Bischof von Brandenburg, welcher im 13. Jahrhunderte das Land Löwenberg erwarb, aufmerksam gemacht werden, welches der Ort Osterne bewahrt. Es ist der Familienname des Bischofs, den dieser Ort trägt. In der Altmark besteht nämlich der Ort Ostheeren, der früher gleichfalls auch Osterne hieß und einer rittermäßigen Familie den Namen gab, woraus unser Bischof stammte. Wahrscheinlich übertrug er den Namen aus seiner Heimath, auf einen hier in dem Dorfe Osterne von ihm neugegründeten Ort. Daß Colonisirung im Lande Löwenberg stattgefunden habe, beweist auch die beachtungswerthe Notiz in der Urkunde von 1460, worin das Land Löwenberg an Hans von Bredow verkauft wird. Hierin ist nämlich von dem Dienste Flämischer, im Lande angeessener Bauern die Rede. Möglicher Weise war eben das Dorf Osterne der Sitz solcher Niederländischer Colonisten.

U r k u n d e n .

I. Der Bischof Heinrich tritt dem Domcapitel zu Brandenburg Hebungen im Lande Löwenberg ab zu Seelenmessen für seine beiden Nachfolger, am 26. Oct. 1269.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Amen. Hinricus, dei gratia Brandeburgensis ecclesie episcopus, omnibus in perpetuum. Evanescent simul cum tempore, que geruntur in tempore, si non receperint aut voce testium aut scripti memoria firmanentum. Proinde notum esse volumus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus universis, quod nos conventui cathedralis ecclesie nostre Brandenburgk, cui favente domino presidemus, in censu nostre ecclesie et bonis Lowenburg duo talenta, Hoppenrade duo talenta, Liwenberg duo talenta, in festo beati Martini singulis annis percipienda, dedimus et pure contulimus propter deum, volentes tamen, ut canonicis Brandeburgensis ecclesie de supradicta summa pro remedio animarum venerabilium patrum, Brandeburgensis ecclesie episcoporum, predecessorum nostrorum pie memorie, domini Rutheri XV solidi, domini Ottonis XV solidi quolibet anno in singulis anniversariis pro servicio tribuantur, ut memorie eorundem in vigiliis dicendis et missis celebrandis eo devotius ab ipsis et sollempnius peragantur, adjicientes preterea, ut de summa prelibata in die beate Catherine virginis ac martyris XV solidi et in die decollationis beati

Johannis baptiste tantundem ipsis canonicis similiter quolibet anno pro servicio tribuantur. Historiam vero consuetam de sancta Catherina et historiam de sancto Johanne baptista die decollationis sue, que sic incipit: Verba viri, conventus cantabit perpetuo ad laudem Jesu Christi sollenniter et devote; legendas vero legent speciales convenientes festivitibus supradictis. Residua vero tria talenta usibus perforarum, in ipsa nostra cathedrali ecclesia degentium et sub ordine beati Augustini et regula famulantium Jesu Christo, quoad consolationem specialem ipsis annis singulis in eorum refectorio faciendam integraliter applicentur. Ut autem hec nostra donatio canonicis nostre ecclesie in perpetuum stabilis perseveret, ac etiam ut fiat ipsis quoad temporale subsidium fructuosa, presentem paginam conferibi fecimus et sigilli nostri munimine roborari, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hec: Lambertus, prepositus Brandenburgensis ecclesie, Prepositus Petrus in Middenwalde, Theodoricus, plebanus sancti Godehardi in Brandenburg, Petrus, plebanus in Thure, Sifridus, plebanus in Lubas, et alii quam plures. Datum Brandenburg anno domini M^o. CC^o. LXIX. VII Kal. Novembr., pontificatus nostri anno VI.

Nach dem Copialbuche des Brandenb. Stiffts-Archives. Abschrift von Desser.

II. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vertauschen an das Bisthum Brandenburg Stadt und Land Löwenberg gegen Stadt und Land Königsberg, am 2. Oct. 1270.

Johannes, Otto et Cunradus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, Vniversis christi fidelibus in perpetuum — Notum esse volumus attestacione presencium vniversis, quod cum venerabili in christo patre domino Hinrico, Brandenburgensis ecclesie Episcopo, super permutatione honorum trans Oderam positorum, sue ecclesie proprietatis tytulo pertinencium, amicabiliter conuenimus in hunc modum. Videlicet quod dominus Brandenburgensis Episcopus ciuitatem Koningesberg et uillas infra scriptas: Bernecowe, Chelyn, Mantey, Rechtorp, Radun, Grabowe, Creyenic, Crimowe, Paceka, Sathowe, liberas et inpheodatas, Prata, Pasqua, ligna, Molendina, Aquas et generaliter omnia, ad dictam terram Koningesberghe tunc temporis attinencia, nobis cum earundem uillarum terminis, distinctionibus, de sui capituli voluntate, eo iure quo ipsa ecclesia dictam terram usque ad hec tempora possedit, nostris et Brandenburgensis ecclesie vasallis presentibus libere resignauit. Renuncians eodem modo inpeticioni quinque flauicalium uillarum de consensu sui capituli, que quondam fuerant iure pheodali ecclesie Brandenburgensi abiudicate et proprietati CCC. manforum pro media parte ecclesie a nobis dande, prout in instrumento super eo confecto plenius continetur. Nos vero uersa uice in recompensationem supra dictorum domino Heinrico Brandenburgensis ecclesie Episcopo suisque successoribus oppidum Leuenberg in Brandenburgensi dyocesi situm et uillas subscriptas: Hoppenrothe, Berenwaldesdorp, Lyvenberge, Mildenberge, Bodingen, Hofthernen, Scabelsdorp, et insulam totalem que dicitur Tarmesdorp, cum supradictarum uillarum terminis, distinctionibus, uidelicet Molendinis, Aquis, Pratis, Paschuis, lignis, aduocaciis et pratium specialiter ipsi oppido Lewenberg attinens, quod Georgius et Theodericus milites fratres dicti de Kercowe inpetebant minus iuste, prout nos possedimus, et vasalli a nobis de dictis bonis inpheodati hactenus possederunt, Et tria talenta denariorum in stagnis et aquis sitis circa terminos Templyn